HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



decussatis manib: quistabat ad sinistrum iacob. dexteram manus eius suscepit benedictionem.
& quis deinde addexteram sinistrum benedictus in secundum redactus. ē. gradum. & quomodo
iacob. esau. sic ephrem manasse recepit primogenita omnisq: populus decem tribuum.
uocatus est ephrem quia ab ieroboam filius nabat. exhac tribu regnum
primus obtinuit in samaria.

Audite uerbum dni gentes & adnuntiate insulis quae procul sunt & dicite. qui dispersit israel.
congregauit eum & custodiet eum sicut pastor gregem suum. quia redemit dns iacob.
& liberauit eum de manu potentioris siue fortioris & uenient & laudabunt in monte sion
& confluent ad bona dni super frumento & uino. & oleo & fetu pecorum & armentorum
erit anima eorum quasi hortus irriguus siue quasi lignum fructiferum & ultra non esu
rient. Tunc laetabitur uirgo in choro siue uirgines & iuuenes ac senes simul. & con
uertam luctum eorum in gaudium. & consolabor eos & laetificabo a dolore suo. & in
ebriabo animas sacerdotum pin guedine & populum meum bonis meis ait dns. ✕ siue filiorum leu

Perspicuae uocationis gentium demonstratur dicente scriptura. Audite uer
bum dni gentes & adnuntiate insulis quae procul sunt & dicite. quia adnuntiat
insulis quae procul sitae sunt quod dns qui dispersit israel. ipse congregauit eum neque
quamergo ut dispergerentur potentiae fuit aduersariorum sed dni uoluntatis
& custodiet eum sicut pastor gregem suum. pastor enim bonus ponit animam suam
pro ouib: suis. quia redimit dns iacob. pretio sanguinis sui. & liberauit
eum de manu potentioris siue fortioris. per quos ostenduntur fortiores aduersariae
potestates naturam fragilitatis humanae & quantum inuiti usq: uirium. ē. illus
fortiores ē. naturae sed nos fortiores fide si tamen mereamur liberari abeo qui po
test alligare fortem & domum eius diripere & uenient in quid aut dubium quin libe
rati de manu potentium. & laudabunt liberatorem suum in monte sion. hoc. ē.
in ecclesia & confluent ad bona dni rerum omnium habundantia quae non frugib:
& corbis carnis istius sed in usum uariatis sentitur. super frumento inquit & uino
& oleo. de quo conficitur panis dni & sanguis eius in plurium corpus & benedictio sancti ficatio
nis ostenditur. Dicente scriptura. Unxisti dni tui oleo laetitiae prae consortib:
tuis. & fetu pecorum quia in ecclesia simplices sunt & armentorum quae cornuta
sunt & aduersarios uentilant ut aut sciamus benedictiones has. neque quam
ad corpus sed ad animam pertinere. sequitur. Erit q: anima eorum quasi hortus